B. N. C
FIRENZE
1 0 2 2
18

1022. 18

Digitized by Google

Carmina quæ ad paſquillum fuerunt
poſita in anno.M.CCCCC.IX.

c Vpiens & uoluptate nõ parua le/
ctuuros hoc qualecunq; opuſculũ
afficere & me labore ac moleſtia li
berare quam quidem haud me/
diocrem ex cõmodandis aut legẽ
dis declarãdiſue ſiqua extitiſſent
ſub abſtuta aut uiris principibꝰdonãdis epigrãma
tis quæ Iano fuerunt deuicata capere oportebat ex
magno a me collectorum carminũ aceruo quæ me
liora uiſa ſunt ſeu minus mala Euangeliſtæ biblio
polæ ea lege tradidi ut quam celeberrime curaret
imprimẽda ne diutius cupientiũ illa inſpicere deſi/
derium torqueretur.Quiſquis aũt illa quæ a maxi
ma circunſtantiũ corona fuerunt excepta legit mi/
norem poſitorũ carminum partem legit neq; enim
tribus horis aut quattuor circiter tria uerſuũ mil/
lia quãlibet ueloci manu notarius potuiſſet eſcribe
re nec ſine turpi aliquo mẽdo ſcripta ualuit legere.
Quippe quæ ſuper manu aut ſuper geno cæſpi/
tibuſue eiſdemq; in æqualibus qui Iani pedibus ac
tẽplo plurimi erant appoſiti fuerunt tranſcripta &
nõnulla uerba ac uerſus ſunt ab eſcribentibus (ut
fit interdũ)omiſſi ꝙ ſubinde a proximis urgerẽtur

BIBLIOTECA NAZIONALE 1872 FIRENZE

aut ita exarata ut ne ab illis quidē q exararūt intelli gi poſſint fuerunt etiā illa tranſcripta quæ a pueris ſyllabarū parum peritis ac in grāmatica non multū progreſſis ſcribendi cupidis & ſi nō ſacro illo furo re afflatis erant cōpoſita ſententiæ prorſus expertia aut in ſulſam habentia aut in multis percantia quæ ame fuere in. Vulcanū coniecta. Arbitror hanc no ſtram quā colligendis emendandiſq; nō tñ omni bus longioris opere tedio ac reſecandis epigrama tibus opellam impēdimus arbitror inquā fore nō iniucundā nec in mori uoluptate illa iri perlectum. exiſtimo quam ſpectatus ſit Ianus aut illa quū erāt ad ianuam poſita fuerint lecta aut ſpectata offendi aūt minime uelim lectorē ſi pauciſſimas in emenda tas in tanto uerſiuȝ numero ſyllabas de prehēderit ꝓpere enim ame in hoc fuerūt uolumē redacta nec aliis curis impedito potuit poſthac uacare & per quā rara uel doctiſſimorū hominū opera ſine men dis reperias. Et mihi ſubuerendū erat ne omittēdo aliqua illoꝝ qui ſe ex prima claſſe arbitrant͛ epigrā mata illos offenderē aut alienarē Quominus aūt le ctores p̄tereat huius Paſquilli appellatio aut ludi cri huiꝰ ſpectaculi inſtitutio nō grauabor oīa quæ in notiam meā uenerūt paucis per ſtringere.

AD angulū domus Car. Neapo. ſtatue & qdem inſignis olim eſt Herculis ut qdaȝ cōgnectāt quæ trunca inutilaue cruribus

brachiis ac naſo in loco nõ multos pedes ab eo in quo Car. inpenſa nũc erecta cõſpicitur diſtante ab iecta iacuit ac ſordibus obducta ãnos cõplures cõ tra illam literator ſeu magiſter ludi cui Paſquino Paſquilloue erat nomen habitabat unde poſt ſta/tuæ nomen inditum eſt.

ET cũ ſeptimo calẽdas Maii feſto diui Marci Euangeliſtæ ſedile quod ex lapide ad ipſam ſtatuã eſt ex ornari aulæis uel Attali/cis ueſtibus ſit ſolitum ꝙ in eo de more ſacerdotes Sancti Laurentii in damaſo cõſideant aliquãtiſper cœpta eſt & ipſa ſtatua ſimul exornari/& poni uerſus aliquot ad illam primulũ cœperunt & uarie ei pictorũ opera formæ fuerũt inducte aliquo exciẽtibus Car. Neapo. uiro docto inueniente & mercedem pictori Car. per ſoluente in annos uerſuũ numerus creuit. Hoc aũt ãno quo Iani forma fuit illi inducta circiter tria millia ad illũ fuerũt poſita quo melius quiſquis hæc perleget rem ipſam percipiat paucis quæ ad Ianum attinent cõplectar.

IAnus primus fuit latinorũ rex & in eo monte q ab æde ſancti Spiritus ad portã quæ ꝙ ad portam hoſtenſem ducat portuenſis eſt appellata extendit oppidũ condidiſſe exiſtimat ac de ſuo noĩe id ianiculũ appellauit unde & monteꝫ cũ ſubiacente loco ſcriptores ianiculũ uocant is ꝙ eſſet prudentiſſimus fuiſſe dictus eſt bifrons Pru/

dens eũ & præterita recordatur & multo ante quæ futura ſunt proſpicit ſeu ꝙ illis Ianuarius menſis fuerit a Numa dedicatus qui & finem anni exacti reſpicit & pricipium eſt in ſeu ꝙ cum Græcus fuerit Græce loqueretur & cum in latio regnaret qua latina gens lingua utebatur ipſe quoq; uteretur ſeu ꝙ legibus a ſe latis ex leges populos rexerit & illos docuerit agriculturam omitto & nonnullas alias cauſas conſulto ne ſim longior Dextra baculum ſiniſtra uero clauem gerebat ꝙ liminum ac ianuarum quæ ab illo dictæ ſunt cuſtos eſſet & utrunq; ad cuſtodem ſpectat Baculo enim uim repellit claui autem oſtium aperit ac claudit iuxta illum illum quadrata figura colore candido ac patẽtibus foribus templum erat.

℄ Templũ ad Romanos cũ gererent bella reſerari cũ uero pax eſſet cludi ſolitũ eſt quãobrez illud raro fuiſſe clauſum cõſtat aderat & nauicula in ſaturnus erat cũ falce q mari Iouẽ filium fugiens ac Tyberim ingreſſus ad Ianũ peruenit a quo benigne fuit exceptum illiq; ab Iano eſt communicatum regnum in quod poſtea Iano ſucceſſit Cum falce uero pingi ab antiquis conſueuit ꝙ latinos genus agreſte atq; indocile ac diſperſum montibus altis agros colere ac ſerere edocuerit.

Hoc ego quem dextra baculum gero:limina tuta.
Quæ ſine me nulli ſunt adeunda deo
Hoc etiam ſolus uenetos arcebo potentes.
Quorum pontifici me duce palma datur
¶ Qui modo dura mei reſerauit limina templi
Mouit:& ingentes infera bella duces
Gradiuiq; patris languentia membra ſopore
Excutiens uires iuſſit habere ſuas
Qui iam iam totum furibundus contulit orbem.
Seuus & in Venetum ſeptra ſuperba fremit.
Qui niſi ſyderei uigilans prudentia patris
Adſit:& imperio conſulat ipſe ſuo.
Heu heu/quanta hominũ uideo iã funre mœſtus
Omni parens quanto ſanguine terra rubet
Ipſa ſinu mulier natum complexa peribit
Nec ſua defendent tempora cana ſenem.
Oppida cumq; ſuis labentur mœnibus urbes.
Temporaq; hæc iterum Deucalionis erunt
Sed diuerſa tamen tenuit tunc omnia fluctus
At nunc pro rapidis enſis & ignis aquis
Hæc me ſcire licet populoq; aperire Quirini
Nanq; latent tantum tempora nulla deum
Qui gemini ſolo monſtrant in corpore uultus.
Qui cum præteritis cuncta futura uident
LVmina ſi dulci uexantur ſacra ſopore
Fac uigilent ueſtra poſteriora biceps
Nã magno ĩuadũt telo poſt terga nocẽtes
Hoſtes & priſcis dedecus iſtud erat
Nec barbæ ulua fides orrendæ ſanitoranni

Militibus luctus non fera cuncta nocet
Ictibus eſt ueſtram intentur ſcēdere parmaʒ
Si ſtabis ſeptrum mars tibi Iane dabit
SCriba colit petrū cuſtodē Marcus olympi.
Cur inter uiuos ſunt inimicitie:'
Reſpontio
Pax amor/& pietas/cælo nec marcus olympi
Contendit:claues arripuiſſe Petro
Sed tamen accepit non denegat ille rogatus
Cœleſtes animæ nam caruere dolis.
IAne biceps patent cur nūc tua ianua notū ?
At quem bella modum ſanguinolenta ferēt
Ianus
Quem penes eſt mundi cuſtodia nil latet unquam
Quæſtio ſed tua me uertit in harporatem

Aere ciet bellona duces ad prælia magnos
Sanguinea mauros concitit arma manu
Sæpius armatæ ſpectantur in æthetere gentes
Cernitur in medio palladis haſta polo
Gentibus enſe ſuo fera bella minatur orion
Plus ſolito prædam martia captat auis
Exangues umbræ ſimulacraq; in annia laruæ
Exterrent homines ſanguine manet humus
Emicuere cruces tres caluo in monte curentæ
Plurimaq; infauſtis ſtella decora comis
Complures terræ delentur montibus urbes
Diuo templa deus fulmine ſacra ferit
Plurimus in latium peregrinus uultur ab oris.

Conuolat in manis prælia cædis auis
Præſentem intentant mortalibus omnia morteȝ
Aer/ignis/humus/pontus/& aſtra gemunt
Murorum tormenta ſolo cum mœnibus urbes
Aequāt:& tonitru nutat uterq; polus
Vndeq; tela uolant:uel denſi grandine plura
Et mille haſtarum ſidera fruſta petunt
Clamore horendo magis concurritur haſtis
Ictibus & ualidis miles equuſq; ruant
Eminus hic illic pugnatur cōminus armis
Hoſtem quiſq; necat:qua licet arte ſuum
Sit clamor cœlo ſonitus clangorq; tubarum
Letali feruent omnia Marte loca
Vix tot lata capit conefſa cadauera tellus
Flumina pro lymphis plena cruoris erant
Vix agitat falcem mors laſſa & pondere præſſa.
Iam gemit in ſtygiis cymba Carontis aquis
Quot uiduæ matres natis orbiq; parentes
Plorando rigidis unguibus ora ſerant
Iupiter interitus latii miſerere præcamur
Imperio & dirime prælia tanta tuo
Petre ad ſis fidei deuicto ut Iulius hoſte
Ad templum referat ſancta trophea tuum

Mars rutilus trepido pertendit prælia mundo
Mercurius pedibus celeres accōmodat alas
Mortifer horrenda ſaturnus falce minatur

Ianus es inſinuans prudenter bella gerenda

Vt tu quam mallem dicis Apollo fores
In quaſcunqꝫ libet poſſum me uertere formas
Sum phoceus ſiquid uis pete nonne tenes

Vis teneo palmam tanti dignoſcere belli
Accipe de fuluo penna colore notat

In Iani effigiem cur te finxere bifrontis.
Nanqꝫ opus inuentis eſt tibi Roma meis.

Inclyta præfecit Ianum prudentia bello
Qui gemina facie tempora cuncta uidet
NOn mirũ ludit noſter Paſquinus inertes
Quod ſemper taceat ſcire tacere docet
Eſt bifrons uirgãqꝫ tenet clauéqꝫ ſiniſtra.
Te niſi ſic formes non bene cautus eris

Pacis eram cuſtos reſerarunt hoſtia Galli.
Et contra Venetos maxima bella mouent
Nũc mea tẽpla patent & nũc furor arma miniſtrat
Nunc gaudent equites ſed mala multa ferent
Mercurius Venetis ſeruitqꝫ peritis
Gallis:& mars eſt inter utroſqꝫ potens
Quis igitur fortuna uiris aſpiret in armis
Nemo poteſt certum tradere iudicium
Ipſe ꝗbus iuſtũ eſt faueant modo cynthius armis.
Et uictos reddat qui meruere diu

Vnicus es cui muſa elegos det noſtra recentes

Paſquine & rigidum fiſtula cantet opus

O Vates hoīum genus inmendicabile nullis
Nomina qui cauſis ſæpe dedere mihi
Cætera ne reptam totum ſiluiſſe perannū
Quid fuit & digito clauſa quid ora præmi
Nil equidem dixi toto ſed riſimus anno
Me factum ut credam nunc ego democritum
Non tamē aut hominū faſtus ſpem gaudia luctuꝫ
Vota uel aſſuetos anticipare metus
Ridemus uates oracula certa profeſſos
Exitus iis ullam ꝙ negat eſſe fidem
Quando erit ut uideam ſtudiis ſeruire poetas
Nugis aut leuibus abſtinuiſſe iocis
Quando erit ut uideam uatum defuncta furore
Corda quid omnino ſi modo cordis habent.
Cum rerum natura uices ſic uerterit ut non
Falſa canant uates tunc erit ut uideam.

Iane Tagi aur ixeras reſera ſicientibus undas
Vt ſit cardinei lex renouanda chori

Opuli cuſtos Ioui & deorum
Qui tuis magnum ſuperas triumphum
Et ſarem bellum nimium profectum
In cute terris
Atqꝫ eos poſtquam ſuperaris oro
Sub iugo ſancte fidei reponas
Ne fides tantum dominante Iulo
Capſa ſecundo

Præpares turcis inopina turmis
Bella iam uinces Fabium triumphis
Et ſuæ magnum patriæ ferentem
Signa camillum
Nam tibi portas aperit patentes
Ianus:ut bellum properare poſſis
Ad fidem noſtram fidei ſiniſtros
Vertere Turcos
At tibi bino redimite uultu
Cui mihi ruptam placuit figuram
Dii præcor grates ualeant ſuperni
Reddere dignas.
Sed deum uos qui ſcalidi bifrontem
Creditis uos me geminum uocatis
Maximum & durum faciat dies me
Craſtina marma
Principis ipſe tui quæ ſit prudentia ſigno
Vndiq; cum uideam quod fuit eſt quod erit

INcute cõtinuis Iuli memorande triũphis
Bella:per armenios ſanguinolenta ſinus
Nã tibi idumeas referet uictoria palmas
Et decus inſtabit laudis oliua tuæ
Ea age rumpe moras propera adiuctricia Iuli
Prælia:nec Marti parcere iuſte uelis
Iam te uictorem portis expecto recluſis
Præcedet currus Martia turba tuos.
Poſt felix ſoſpeſq; diu dominaberis orbi
Særus:& æthereis exciprere deis

At tibi cui placuit ſemper redimere quotannis
Dura figuratis tempora noſtra comis.
Iuppiter excelſi referet ſacratis olympi
Rector in ærio præmia digna polo.

Vna mihi facies in ærat dum uera fatebar
Nunc gemina eſt periit ſi pudor ullus erat.
ODixi totiens ſiquis mihi carmina ponit
Obſtenis parcat ſemper ut ille iocis
Vos tñ inſanois laceratis uerſibus ultro
Fertis: & in miſerum uerba pudenda caput
Et modo me paticũ modo me inſimulumaſſe cruẽt
Non pudet et fame demeruiſſe meæ
Efficiam poſthac nequis conuitia dicat
Et ſanctos mores diſtat ut eſſe meos
Nam ſi fæda mihi ponetis carmina dicam
Irrumatores pergere deſinite.

Alter ego facilis formas Vertunnus in omnis
Vertitr & diuuꝫ ſum uice quaqꝫ frui
Cur potius Ianum nunc ſim mutatus in unum
Cum liceat tutus qualibet ire rogas
Conſtat cauſa mei nam cum ſint putride templi
Omnia ni pateant hoſtia clauſa labant
Iulius iſte fores clauſit quas maximus ergo
Paſqiullus: Ianus quod referentur ero

Cur mihi ſit facies ſpectas animoqꝫ reuoluis
A tergo pueri triſtis & ante ſenis

Non æui morum ora gero nitq; ſeuerus haberi
(Tu rides) optat qui bene crura mouet.

Cur eſt Iane ꝙ annuo recurſu
Trunco & marmoreo urbs uirium figurat.
Fortuna arteue diuitem deumue
Dicam Roma homines rubes pareſq;
Brutis cautibus euehit beatq;
Quales uel mitra uel tegat tiaras
Hi pacem moderantur arma mundum
Ludit ſors alibi ſed hic gubernat

Cum tremor auxoniam belli clamorq; tenerent
Quoſq; eſt in caſum bella futura ratus
xerxeaſq; acies alpina cacumina ferret
Fama loquas rapido depoſitura pede
Harpocrates digito nutuq; ſilentia ſuaſi
Cunctaq; ſubuotum bella abiere meum
At modo cum træpide naſti fera prælia cladis
Et multas labi cerno cruentes aquas
Anibalemq; alium pauidis exalpibus innos
Multa coaturum bella cruenta tremo
In Iani uultnm migro portaſq; recludo
Orrendæ ſtragis ſignaq; certa necis

Italiam martis cerno miſcere furorem
Gallia & hiſpani ſigna tulere ſua
Qua iuuenes ueneti defendunt oppida ab hoſte.
Horrida qui uenetis prælia ferre parat

Triſtia ut aſpexi mauortia bella ferentem
Tum uolucer liqui regna beata poli
Omnibus ut pateant populis delubra ſuperbis
Quæ fuerant olim nō ad aperta uiris
Nunc age bella feras iuuenis quicunq; ualebis
Tutus erit noſtra quilibet a uenia
❡ Eſt facies geminata mihi cur uera negemus.
Monſtra quidem ſunt hæc ipſe nec infitior
Eſt ſtatus eſt habitus ſunt tandem cætera quæq;
Iudicium momi non moratura dei
Et iocus & riſus populi quoq; fabula dicor
Traducor cunctis uanida larua locis
Adde quod eſt peius ꝙ nomina ſumo quotannis
Arbitrio cuius pro dolor uſq; pudet
Omnia cum tamen iſta ſient incomoda nobis
Mentula culus & os cur maculoſa tibi
❡ Trino cenſetur quid ſtas mea numine clauis
Et culum & uuluam claudit & ora uirum
HIc mihi bellorum fines doctiſſime Iane
Sic maneat dominū iam diadema petri
Alter enī uultus faciēdas proſpicit artes.
Præteritos alter reſpicit uſq; dolos
Pande hominum curas infandaq; bella piorum
Incipe iam uulgus pendet ab ore tuo
Diſcite mortales oracula uere deorum
Ne ſero incepti peniteat toties
Quicquid agas imitare biformen & reſpice finem.
Sic uulpes hircum contulit ad puteum
Ite agite inuicti reges ſuperate profanos

Ite rogo miſeræ parcite & heſperie
Panditur una fides nobis unuſq; ſacerdos
Quando ingens bellum tentat utrunq; polum
Ergo ut cura dei ſecuit diſcrimina rerum
Sic ſub oliuerio ſoluitur iſte globus
¶ Iane biceps ſalue præbet cui roma triumphos
Principii ſub quo dicitur imperium
¶ Ianus ego appellor ueterum confuſio rerum
Nunc mundi fulgens perpetuumq; iubar
¶ Quod ſum pulchrabiceps riſuz luſumq; puella
Et mea quod poſſum cernere terga uenis
As refer illuſum quibus exagitata colubris
Stulta uenis primus ſum deus ipſe deum
Omnia qui ſeruo qui terras æthera pontum
Claudere qui poſſum qui raſerare mauu
Me dare uerba putas nec quiq̃ poſſe uidebis
Si mea leua nimis dextra potens
Belli ferratos a cardine uellere poſtes
Li minaq; hac cupio rumpere dura manu
Exeatunde furor nodus elapſus hænis
Impius & pleno ſanguinis ore fremat
Quo meus ille meus dicto uominabitur orbi
Iulius atq; iouem cum ioue regnet amans
Contundamq; alia facientem bella leonem
Numcontra numen cæſaris ire pudet
Prompſeris eximo lachrimãs niſi pecctore uocem
Parce pater nobis gens tua iuleſumus
Hunc nata pa triam lento ſub marmore ponaz
Calce præmanſurſum ne grauis unda ferat

Hac faciam magno ueniet ſi teucria bello
Torpeſcat ſubito iulia ſigna uidens
Dum loquor hæc ludis baculũ clauéq; gerentẽ
Deſine clauigerum ludere mica deum
¶ Pulchrior heu neſcis meliorq; ſub iguine clau9
A me quam pro arca quæq; puella petit
Deſine ſola feres qua eum pateſeceris arcam
Semper & arbitrio cluſeris ipſa tuo
Hoc merito dicor deus ore patulcius æde
Atq; alio uere cluſius ore deus
¶ Sum deus ancipiti Ianus qui imagine quondã
Maſſa elementorum quattuor ipſe fui
Ianitor & ethereæ ſum deniq; fulgidus aulæ
Et ſedet in noſtra paxq; furorq; manu
En orbem placuit miſceri ſanguine multo
Gentibus/& laxa mittere bella fera
Iam furor experias exiuit ad arma colentes
Eoaſq; oras nunc tibi Roma caue
¶ Clauſa diu manibus Ianus ſacra tẽpla recludo.
Et pace extincta bella cruenta fero
Miraris forſan cum ſint hæc tempora Iulii
Cur ueniant Romæ tot fera bella meæ
Sed nec ſit mirum dant hæe mea tecta quietẽ
Huic patrie at teucris prælia ſeua cient
Nam coeunt ſacri reges/hoſteſq; fugabu nt
Sola dabit uictas parthica præda manus
Quiſpia iura feret legeſq; & ſceptra ſubactis
Ius:ſceptrum:leges:non:niſi:Roma:dabit
¶ Dic rogo Iane tibi cur ſeruant lumina terga

Nu:npædicari Iane times? timeo

Ianus ad gallumregem

In miſeros turcas fidei defenſor:& æqui
Bella moue:læſit perfida turba crucem
Surge age uiue deo canibus cæleſtia tolle
In fidis fautor ſic tibi Ianus ero

¶ Me ſatis effigies diuum mutaſtis in omnes
Paſtus & æthereis ſum ſatis ipſe cibis
Vos me purpureo poſthac decorate galero
Inter & inſignes annumerate patres
Me iuuat humanas quoniam iam ſumere formas
Et quid mortalis noſcere uita ferat
Nec pudet hæc marmor fari nam tẽpore ueſtro
Hoc inſigne merent marmora multa decus
Eccleſiæq; rudes lapides nunc iura capeſſunt
Ergo ego purpureus dignior eſſe pater

¶ Cur mea bicipiti renouetur imagine forma
Hoſpes ſcire:cupis accipe/cauſa duplex
Bicipiti hæc Iano ſacrarunt templa quirites
Pacem clauſa notant/prælia ſi pateant
Belli olim innumeris rabies conſtricta catenis
Libera per latias ambulat ecce uias
Cauſa alia eſt uultu quæ ſunt promiſſa priori
Poſteriore nego pareo temporibus

Erant ſemel quædam ranæ
Voluerunt ſed non ſane
Ex palude ſua egredi
Et in terram ſimul progredi
Pudebat illas ſupra ſtipites

Sedere tanquam limites
Et eſſe ſemper intra cænum
Ac nunquam noſce ſit fenum
Occuparunt ſyluas multas
Atq; urbes bene cult...
Vel quacunq; potuere
Fraude dolo poſidere
Credebant tantos ſubiucare
Ac magnas aues ſuperare
Spernendo flores lilia
Cuncta regna quaſi uilia
Sed cum equos conculcarent
Quaſi pedibus uolarent
Poſt terrarum ſpacium
Sperabant ſanctum latium
Vbi quercus conſurgebat
Sub umbra flores protegebat
In qua quercu tam diuina
Se profert auium regina
Quam contra ranæ inſultare
Si poſſent eam conculcare
Sed numen Iouis intus latens
Erat ubiq; tamen patens
Ex quercu Ioue ſit uolente
Emiſſum fulgur eſt repente
Flores aues quo præſidio
Damnarunt ranas in exilio
Vude ranæ ex ſiluis multis
Adq; urbibus bene cultis

In paludes & ſuos ſtipites
Sunt couſtrictæ æternos limites
Erant certe ranæ ille
Dignæ quamuis eſſent mille
In palude ubi natæ
Recubare tota ætate Deo gratias.

Reſſponſio

DIſſes magni non ſunt ranæ.
Vt tu putas o inſane
Potuere ex aquis egredi
Perq; amplum littus progredi
Valuerunt ſuos ſtipites
Protendere extra limites
Vnuſquiſq; mauult cenum
Proiicere & ſimul fœnum
Quoniam habent opes multas
Et conſiliis gentes cultas
O pugnare potuere
Et magnas urbes poſidere
Poſſunt alpes ſub iugare
Et hoſtes cunctos ſuperare
Nam marceſſcunt cito lilia
Quæ ſuut uiſa ſemper uilia
Laceſſiti conculcarent
Per totum orbem conuolarent
Nec eſſet longum ſpatium.
Decus ipſis eſt per omne latiunt
Horum uirtus conſurgebat
Et cymbam petri protegebat

Placeat ſemper diuina.
Vrbs quæ maris eſt regina
Ipſi uolunt inſultare
Non niſi offenſi conculcare 19
Bene ſcinnt quid intus latet
Ex prudentia quæ ubiq; patet
Quum deo ſic uolente
Eorum imperium tam repente
Extenſum eſt omni præſidio
Turpia habent in exilio
unde e littoribus multis
Inſtitutis bene cultis
Ampliabunt ſuos ſtipites
Quantum poſſunt extra limites
Sum balenæ magnæ illæ
Subeunt pericla mille
Vt per ſtent ubi ſunt natæ
Cum dominio in tota ætate

Deo gratias

℄ Sedit in eugane a piſcatrix turba palude
Et uetitis auxit regna puſilla dolis
Quicquid ubiq; rapit:rapuitq; ſceleſta nefandi
Criminis auctorem te pie matræ facit
Nunc tibi proraptis ſolemnia uota tuendis
Solicitaſq; offert Marte grauante præces
Sed iubet æterni diuina potentia regis
Ex rapto partæ reſtituatur opes
Reſtituet tandem uictore coacta gradiuò
Ac repetet priſcæ regia militiæ
℄ Quã bene nũc gemino uultu Paſquille reſurgi

¶ Iane biceps meliore uelis reſecare duello
Heſperiam ſeruare mala ditionem ſuperbam
Barbaricos arciere coros prohibere nefanda
Crimina menphitico placare & ſanguine Marte
Inde triumphate libabis munera gentis
Dum tibi pro uino dabitur cū bacchare nardus

Roma ciecha.

Quem non bifrontem regemq; & numen adoras
Veſtibus ablatis iam tibi marmor ero

Ianus

Linquite me ignotum quod pulchrū tollite ciues
Sceptra derent minimum templa paruūq; uiuāt

Quo me uertam neſcio

Anterior facies doctorum uulnera cernit
Altera qui lauiant uiſcera & ipſa ferunt
¶ Claues atq; fores reperi mortalibus ipſe
Vt cū re fieret tuta pudicitia
¶ Cum claue & baculo cœleſtis Ianitor aulæ
Pontificem ſummum uaticinabar ego
¶ Pontificis(teneo)tibi claue notata poteſtas
Sed ſibi quid uellet da tua uirga crucem
¶ Ianus ſiue noe diuinus dicas & ipſe
Inueni atq; bibi primus in orbe merum
Sis igitur felix & amicum numen Iulo
Qui templum clauſum non ſinet eſſe tuum
Si quis uicturum Gallos putat eſſe leonem
Fallitur:& uana ſpe ſuauota fouet
Nam leo magnanimus q̄q̄ toruūq; minetur
Gallorum audita uoce repente fugit.

N On tanto quel ſacrato & ſummo Ioue
Si preſe tante uarie & noue forme
Si come errando uai con le tue norme
Pigliando a queſto a quel le forme noue.
Talor ſcientia in te ſi abonda & foue
Talor ſeguiti Marte le ſue torme.
Hor ſacerdoto ſei:hor ti transſforme.
De giorno ingiorno uai cagnando proue.
Se ben compreſo ho le due faccia agionte
Che inuiſta ti fa gir ſuperbo: & altano
Tu repriſenti a Iano dio bifronte
Et quella uer ga da la dextra mano
Veder mi par che dar gran pena & onte
Vorrai che contra Iulio ſera extrano.
La chiaue & un Chriſtiano
Che a potentia di chiuder el mondo
Et dopo queſto mai ſara ſecondo
IO ſon Paſquill maeſtro dogni citra
Et ancho ſignor ſe uer confeſſo
Poi che da Meduſa fui qui meſſo.
Che di mangiar elmio uiuer nou cura
Che transſformato fui in pietra dura
Ma mi fu tal gratia conceſſo
Che di iuſtitia teneſſi elproceſſo
Percio e reuerita mia figura
Hauendo ſocto el regno di Iunone
El templo electa la mia feſta
In tal di dalnouo babione
Adorato per laſolita ueſta

Volendomi per deuotione
Laltro tempo ropto con moleſta
Honde Como di mia ceſta
Pumicato metro & ſteſa proſa
In latin & in uulgar chioſa
SOnno elbifronte Ian che Italia ueggio
Conquaſſata per tutto & le mie porte
Aperte miro che dimonſtran morte
Et ella poi andar de male in peggio
Et ſe chome ogni huom uede merce chieggio
Ha uoluto coſi mia crudel ſorte
Che laman del nimico aſſai piu forte
Abbaſſato habbia mia triumphal ſeggio
Dimoſtrami qui Italia con due teſte
Vna de giouentu laltra uechieza
Che preueduto ho & uedo le mie peſte
Per che ſia poſta qui ſol per chiareza
Et arecordar acui mia ſpoglie ueſte
Che tardar non po delcel laſpreza
Non gia con alegreza
Mi dimoſtro e uerum che ſon oppreſſa
Ne te poſſo moſtrar che ſia piu deſſa
Ma ſe me fia conceſſa
La liberta:pel nome del ſancto giorno
Vederame emie figlioli con uiſo adorno
DAſqnia reſpondi aquel chio te domādo
Per che ſei in dui teſte tranſformato
Io ti reſpondo:ſai chel mio aduocato
San Marco e ſolo/e lui me ueſte ognanno

Ver lui una teſta io uo uoltando
Et dico adlui de guarda ben tuo ſtato
Che ſe mo ſcampi ben ſarai beato
Cuel mondo e inſieme ſol per darti affanno
Con laltra teſta guardo el uechiarello
San Piero/ & dico Marco poco teme
Della ruina ſua/ del ſuo flagello
Ma Italia afflicta fa ſingulti & geme
Che uede de miſeria farſe hoſtello
Et dolſe perſo hauer ſuo antiquo ſeme
Ma queſto piu gli preme
Che dubita ſan Pier uada a Pariſi
Et le chiaue non tenga ſan Dioniſi
Ianus Loquitur
FOco/ fiamma/ ruina/ incendio/ ardore/
Vociferationi/ gridi/ tumulti/
Pianti/ ſoſpiri/ lamenti/ atry/ ſingulti
Doglia/ affanno/ fatiga/ con dolore
Ve anuntio che queſto anno con furore
El tempio ho operto.che ſon luſtri multi
Chio non laperſi:& mo li di ſon ionti
Che fine al ciel ſentira el rumore
Contra di chi ſara dir non uoglio io
Italia teme piu non eſſer doma
Se non prouede Ioue eterno/ & pio
Ma ſe ſi diriza ben queſta colonn
Perdiſ acciar quel cane iniquo:e rio
Ben facto.e Italia pur ſara madanna
Et le ſtrecciata gonna

De Chriſto renouaremo agrande honore
Et faraſſi uno ouile & un paſtore.

Viſto de Ri hauer gliantichi imperi
Subito aperſi el mio tempio ſecrato
Et ſappia ogni huõ che ſolo ho aſpectato
Chel barigel ſia facto caualieri

Lhorrida tromba dellardente Marte
Ti chiama Italia a cruda & mortal guerra
Et contra a te ſua ſaette diſerra
Chi di far guerra ha la potentia & larte
Moueſi el mondo in te da qual uoi parte
Da ſpagna:gallia/alamagnia/inghilterra
Fan le turbe tremar laria/ & la terra
El mar coperto di uele & di ſarte
Vulcan pyragmo con ſterope & bronte
Sudan per fabricar alla fucina
Saiette a Ioue/con acute ponte
Minaccia orion ſangue & gran ruuina
Roma apre el tempio di Iano bifronte
Larme ſua pallas cum bellona affina
O Italia ſentina
Della naue di Pietro ogni tuo uitio
Vol dio prugar con temporal ſupplicio
Con recto iudicio
Ha ordinato perche meſta piangi
Che col gouerno in ſieme el uiuer cangi

FINIS ROME.

99 56260
1029.18

ML